Oratio Reuerendi in xp̄o patris ⁊ dn̄i dn̄i Petri Cadrati Ep̄i Antiaceñ ex vrbe Biturica oriūdi oratoris chriſtianiſſimi Frācorum regis: ad Sanctiſſimū dn̄m noſtrū dn̄m Innocentium papam Octauū.

Admirabilis ⁊ precelſe maieſtatis tue Beatiſſime pater: inclytus hic Reuerendiſſimoꝝ dn̄orum Cardinaliū Senatus ſolēnis hic doctiſſimoꝝ clariſſimoꝝq; viroꝝ aſpect⁹: tantum terrorem pauoreq; efficiunt: ut quid dicā: quid enunciem: quidue in preſentiarū fari habeā: quo me vertam penit⁹ ignoro. Terret quippe me naturalis ſpiritus puſillanimitatis. velut in Heliſeo propheta ad Heliam loquente: cui dictū eſt: cum peteret ꝙ duplex ſpiritus in eo fieret: ꝙ rem grandē poſtulaſſet. Hanc itaq; ſpiritus fortitudinem cum merito longe inferiorem Heliſeo ꝓfitear ego adipiſci: valde pertimeſco. Propterea timor ⁊ tremor venerunt ſuper me ⁊ contexerunt tenebre. Cum enim ampliſſimi ſolij tui dignitatē: qua dei ſimul ⁊ hoīs locū tenes: hoc in loco ſedula mente conſpicio: dum ecōtra ingenij mei imbecillitatem: paruāq; aut nullam mihi dicendi copiam animaduerto quippe qui me theologum ⁊ nō oratorē fore profiteor: expaueſco: totus tremiſco: vnde exordiar ſileo: hoc maxime tempore: quo vbiq; Cathones: Marones: Cicerones videre mihi videor. Sed cum ut ſacre teſtant̄ littere: obedientia melior victima ſit cenſenda: ſereniſſimo pfecto atq; chriſtianiſſimo principi noſtro Carolo Octauo Francoꝝ regi: Sanctitatis tue precelſo filio deuotiſſimo in p̄mis parendū inſtitui: ut ſane debeo: nec poſſum refragari. Ip̄e enim Carolus rex Francoꝝ hūc ſancte eccleſie Romane Iohannē Cardinalem Andegaueñ. tue ſemp beatitudinis obſeruantiſſimū hunc pariter illuſtrē atq; excellentē comitem. A. Dalphinum: varijs gratiarū donis: virtutibus: honoribus: preeminentijs: gloria: ⁊ nobilitate ampliſſime decoratū: atq; ex claro regio ſanguine ortum: profecto rex ⁊ princeps noſter chriſtianiſſimus viribus amplis erga eandē

Inc 1288

ſedem patefacere voluit illam ſingularem obedientiã reueren/
tiam ⁊ deuotionem·q̃ſquidem pꝛopꝛiũ pꝛo filiali obediẽtia ex/
ponere dignatus eſt ſanguinem· Uos etiam alios Reuerẽdos
patres ⁊ dños ⁊ meipſum ad tuę Sanctitatis conſpectũ in pręſ/
ſentiarum miſit legatos:ut quę ab ipſo chꝛiſtianiſſimo Franco
rum rege erga dei vicarium pręſtari cõuenit: tibi ſuo noĩe de/
uotiſſime pręſtarem⁹·Quod vtinã:ut Paulus Oꝛoſius ad be/
atum Auguſtinũ inquit:tam bene q̃ꝫ libenter poſſim⁹ efficere·
Noſti Beatiſſime pater:quales ſemp fuerint Francoꝝ reges er
ga eandem ſedem apoſtolicã: qui a Carolo magno vſqꝫ ad hęc
tp̃a tot pręclara:tot magnifica:tot laudibus digna:ſuis in die/
bus compleuerũt· Quare merito ſuper oẽs totius mũdi pꝛinci
pes:reges ipſi ab oĩbus xp̃ianiſſimi nũcupari meruerũt· Inter
quos ſanctus ille Francoꝝ rex Ludouicus toto terrarum oꝛbe
celeberrimus:admirabiliſqꝫ:infinitis fulgens miraculis: in ca
thalago ſanctoꝝ cõnumeratus: laudabile perhibet teſtimoniũ
Nõ eſt qui ignoꝛet ſereniſſimos chꝛiſtianiſſimoſqꝫ Frãcoꝝ re/
ges ⁊ dñi noſtri Jeſu xp̃i ſaluatoꝛis nr̃i fidem ⁊ memoꝛatã ſe/
dem apl̃icam tutatos:maximis illam ſemp viribus defendiſſe:
pꝛotexiſſe:auxiſſe:amplificaſſe· Nemo vnq̃ꝫ ignoꝛat ſereniſſi/
mos xp̃ianiſſimoſqꝫ Francoꝝ reges pꝛo ſancta ſede apl̃ica: pꝛo
fide xp̃iana:pꝛo re·p·cõtra Barbaros Turcos ⁊ religionis xp̃i/
anę hoſtes permaximos ſępius decertaſſe·⁊ nedum decertaſſe:
ĩmo expugnaſſe:viciſſe:fudiſſe ⁊ pꝛofugaſſe·ita ut nõ ſolum ec
cleſiam ſanctã ⁊ fidem xp̃ianam ſint tutati·verũ etiã omnibus
ſanctę Ro·eccleſię ⁊ fidei xp̃ianę hoſtibus foꝛmidabile ſemp fu/
erit ⁊ ſit regũ Frãcię nomen·Clara ſunt hęc oĩbus: ⁊ vſqꝫadeo
patent:ut nec mea nec alterius cuiuſpiã egeãt teſtimonio·Ple
ni ſunt lr̃arum plurium codices:ampliſſimę hyſtoꝛię:fama pręſ/
clariſſima·pręſertim apud·e·s·t·quã nihil omnino latere põt·
Eo enim es ingenio:ea doctrina ⁊ rerũ omniũ memoꝛia: ut in
ſacro tui pectoꝛis ſcrinio intueant̃ ſingula foꝛe recõdita·Mihi
Beatiſſime pater crede: nõ minoꝛem aĩo inuenies ſereniſſimũ

xp̄ianiſſimūq; nr̄m regem Francoꝝ Carolū octauū erga tuam
beatitudinē: erga Innocentiū octauū: q̄ꝫ ſui inclyti: sereniſſi-
miq; ac xp̄ianiſſimi ꝓgenitores extiterūt. preſertim cū ipſe rex
octauus: teq; pontificē etiam octauū hoc in loco altiſſimo ſedē
deiq; locū in terris tenere cognoſcit. cuius quidē ſancta diui-
naq; tot celeſti promotiōe ad hanc quā tenes apicem apl'atus
tantū gauiſus atq; letat⁹ eſt: ut nullus regū uel principū xp̄ia-
norum. Declararūt hec ſolēnes ⁊ frequētes p regnū vniuerſum
ſuo iuſſu ⁊ mādato facte proceſſiones. Declararūt alia infinita
letitie ⁊ iocūditatis ſigna: que longiſſimū foret enarrare. Nec
mirū. Intellexit iuſticiā: clementiā: manſuetudinē: pietatem: fi-
dem: ſpem: charitatē: ⁊ reliquas morales diuinaſq; virtutes tu-
as: quib⁹ vſq; adeo fulges: ut te duce: te pontifice: oīa leta: oīa
felicia ſint ſperanda. Habet nāq; rex ipſe nr̄ xp̄ianiſſimus Ca-
rolus his excelſis ſancte Ro. eccleſie R̄ndiſſimis cardinalibus
īmenſas: īmortales: infinitaſq; grās. qui diuino ut credit af-
flati ſpiritu: te vnū ex tot ſacratiſſimis dn̄is cardinalibus: dei
vicariū ſummū ac maximū pontificē elegerūt. Exiſtimat a deo
īmortali factū iſtud tāq; mirabile ī oculis nr̄is. Hec eſt inq; di-
es quā fecit dn̄s exultem⁹ ⁊ letemur in ea. Dn̄s eñi miſericors
de celo ꝓſperit ſup filios hoīuz his dieb⁹ nouiſſimis: eccl'ie ſue
periclitāti: fluctuātiq; nauicule Petri voluit ꝓuidere. Cū itaq;
volēte Jeſu ſaluatore nr̄o factū videam⁹: ut ad gubernādā tu-
tandāq; eccl'iam ſuā ſanctā ꝯſtitutus ſis pater patrū ſūmuſq;
ſacerdos: nempe grandi ⁊ incredibili letitia ac voluptate affi-
citur rex ipſe ⁊ pnceps noſter Carolus octauus ⁊ oēs noſtri re-
gni pncipes. imo piiſſimū rationabile te pontifice ſedente ſpe-
rant intueri. Dedit enim te deus in lucem gentiū: ut ſis ſalus
eius vſq; ad extremū terre. O tu quid noſtra religio: qd fides:
quid pietas: quid charitas: qd prelatoꝝ officium: quid populi
xp̄iani neceſſitas exigat omnia optime noſti. Litteris ſacris ſa-
pientiſſime ⁊ virtutibus ſtuduiſti. Talia tibi a puero funda-
menta firmaſti: quale edificium in ſenectute excitare volebas:

quoniã quę ſeminat homo hęc ⁊ metet. Sed quid amplius tu-
as diuinas laudes recenſeo? Nemo eſt tam doctus: tã eloquẽs:
tam copioſus: qui illas nõ dixeram recenſere. Tu ſiquidẽ es il
le ſimilis filio hominis: qui velut angelus dei fulges in decore
honoris. quippe quicqd cordis eſt: quicqd mentis: quicqd vir
tutis humanę: ſi totum adeſſet: nõ ſufficeret ad tuas enudean
dum virtutes. quoniã oculus non vidit: auris nõ audiuit: ⁊ in
cor hominis nõ aſcendit: ſuper quibus te dñs deus dotauerit.
Fęlix egreſſus tuus. fęliciora tua iuſta ſancta ⁊ recta opera. ſed
fęliciſſimus fructus largitatis tuę abundantia: qua cuncti xp̄i
fideles inflãmant̃: ⁊ ad ſalutis portũ in te perducunt̃. Quid
plura de te Sanctiſſime pater referam? Tuam vndequaqꝫ ho-
mines admirant̃ potentiam: ſapientiã: ⁊ clementiam: quibus
fulges. Quęſiuiſti ſapiẽtiã ſponſam aſſumere: qua fulges: qua
polles: ex omni parte beata pietate ⁊ ſanctimonia inenarrabili
decora valde. Cęli enarrant gloriã tuam. Pleriqꝫ ſiquidẽ lauda
runt potentiam in Romanis: in Gręcis ſapientiã: in Iſraheli-
tis debiti cultus ſanctimoniã. quę omnia velut apis argumen
toſa tibi adunaſti. Sola ergo repleat̃ os meum laude ⁊ decan-
tem gloriã tuã ⁊ enarrem mirabilia tua in portis filię ſyon. Au
ribus enim noſtris audiuimus ⁊ patres noſtri annũciauerunt
nobis opus quod operatus eſt in diebus eoꝝ. Filij qui naſcen-
tur exurgent ⁊ narrabũt filijs ſuis: ut cognoſcat generatio al-
tera te fore ciuitatem dñi: quam dñs fundat. ⁊ hunc mundum.
nedum enim Romanoꝝ: ſed ⁊ ſimiliũ colla ſuperaſti. Hui⁹ aũt
tuę ſanctiſſimę ſedis dotes ⁊ excellẽtiſſima pręconia verbis ex-
tollere: non humanũ dijudico: quoniã omnẽ humanam ſupe-
rant eloquentiã. Quare obmiſſis reliquis: ad id vnũ veniam.
cuius cauſa hic Reuerendiſſimus dñs Johannes Cardinalis
Andegaueñ. Illuſtris ⁊ nobiliſſimus hic comes: ex regali pro-
ſapia ſancti Ludouici Francoꝝ regis procreatus. hi alij Reue
rendiſſimi patres ⁊ dñi collegęqꝫ mei: ⁊ ego cum illis minim⁹:
nomine ⁊ mãdato pręlibati xp̄ianiſſimi Francoꝝ regis Caroli

Octaui ad tuę Sanctitatis pedes acceſſimus· Cõgaudet quip
pe: exultat: ⁊ lętatur rex ipſe ⁊ princeps noſter Carolus Octa/
uus: tua iſta ſancta ⁊ fęlici aſſumptione: te Innocentiũ etiam
Octauũ: verum chriſti vicarium: beati Petri principis apoſto/
lorum verum ſucceſſorem: verum papã: verum pontificem con/
fitetur· Tibi vni: tibi ſoli: in orbe terrarum humilem filialẽ ac
deuotiſſimã pręſtat obedientiã. Tibi laus: tibi honor: tibi vir/
tus: tibi poteſtas ęterna in ſeculoꝝ ſecula· Tibi veluti Sãctiſ/
ſimo Jeſu chriſti vicario vniuerſum eius regnũ: prouincias: re
giones: ducatus: comitatus: ciuitates: caſtra: ⁊ quicquid mari
terraqꝫ poſſidet: libentiſſime ac deuotiſſime offert in omne de
cus atqꝫ vſum ſanctę romanę eccleſię· quemadmodũ ſui chriſti/
aniſſimi genitores Frãcoꝝ reges hucuſqꝫ facere ſoliti ſunt· ad/
uerſus pręcipue illos nephandiſſimos Turcos: noſtrę religio/
nis hoſtes permaximos· ad quos debellandos: expugnandos:
chriſtianãqꝫ fidem tutandam amplificandãqꝫ: te quantum po
teſt noſtris exhortat̃ verbis: ut Barbaroꝝ gens illa: quę in ſui
ferocitate confidit: dexterę tuę potentia conteratur· Illo coope
rante altiſſimo dño: qui te ſuum in terris conſtituit vicariũ: ⁊
qui viuit vincit ⁊ regnat per infinita ſeculoꝝ ſecula. Amen.

Habita in conſiſtorio publico· Anno dñi· M·cccc·lxxxv· die xo
vndecima Februarij·

Oratio R̄ndi dñi. A. de Sbinuccijs Ep̄i Suaneñ ad Sāctiſſimū dñm dñm Innocentiū papā. viii. pro republica Seneñ.

Ate celſitudinis tuę conſpectū ſūme chriſtianoꝝ Pontifex: cęli hoſtiarie: ⁊ in terris vnice Jeſu xp̄i vicarie: in tāto pręſertim Reuerendiſſimoꝝ Cardinalium cęteroꝝꝗ; aſtantium pręſulum: ac viroꝝ inſignium cętu: meę imbecillitatis cōſcius: impellor tacere magis ꝙ̄ loqui. Uerum excelſi magiſtratus Seneñ collegarumꝗ; meoꝝ monitis aſtrictus: ipſis obtemperandū mei officij omnino eſſe duxi. Quę tn̄ in pręſentiarum ſunt mihi narrāda: ꝙ̄ breui potero oratiōe perſtringā. ut ſi minus eloquentię laudem: ſaltem breuitatis grām meruiſſe videar. Meditans igit̄ ipſius magiſtratus iuſſu nr̄i ad ſacros tuę beatitudinis pedes acceſſus cauſam exponere: in hanc deueni conſiderationē: ꝙ diuini altitudo conſilij ineffabili ſapientia vniuerſa gubernans: et excelſe ꝗ; eccleſię ſuę opor tuna ꝓſpiciens: nō ſine diſpenſatione cunctę rationis gregis ſuę paſtores alternat: ut ꝑ viciſſitudines ſucceſſionis hm̄oi ſūmoꝝ pontificum iuxta ī eos diuerſa a deo collata dona de virtute ī virtutē gradiētiū eccleſia ipſa diuerſis honoꝝ ac exaltationū ornamentis quotidie effloreat: fides augeat̄: diuini cult⁹ gloria indies ſublimet̄. Sūma itaꝗ; diſponēte ꝓuidentia: Sixto q̄rto clemētiſſimo: ſcīa atꝗ; ſanctitate prędito: ad cęlos euocato. qui in humanis degens maxima ac memorāda geſſit: Innocentiū. viii. vere innocentē manib⁹ ⁊ mūdo corde: fidei cultorē: iuſticię fautorem: pacis amatorē: quietis fundatorē: ꝓbitate virtutibuſꝗ; ꝙ̄plurimis ornatū: lōge maiora geſturū in Petri ſede ſucceſſorem cernim⁹ glorioſum. Quare toto cordis iubilo quēadmodū magi duce ſtella natū xp̄m: ita nos oues tuę Seneñ: claritatis tuę ſuauitate ducti ſancti ſpūs afflatu creatū paſtorē qua decet veneratiōe adoratū venim⁹: vna cū ſacraria cantātes: Benedictus dñs de⁹ iſrael qui erexit cornu ſalutis ī eccleſia ſua. ꝯſtituens te principū principē ⁊ paſtorē omniū populoꝝ. Hic eſt dies p̄clarus. hic dies colēdus. hic dies optatę ſalutis. quē conciues

tui Seneñ vidẽtes gauiſi ſunt gaudio magno. Letare Senẽſis patria. exulta ꝟginis ciuitas: que tot tuis ciuib⁹ ſũmis pontifi cibus. Alexãdro inq̃ tertio: cui⁹ adhuc Senis extãt edes atq̃ progenies. Gregorio. vii. Suaneſi iuriſdictiõis Senarũ. Euge nio. iiii. licz origine Ueneto: ciuilitate tñ ⁊ epõ Seneñ. Pio. ii. vere pio de nobiliſſima ac florẽtiſſima domo Picholominea. Paulo. ii. ſimiliter natiõe Ueneto: ſua aũt electiõe ciue Seneñ Quoꝝ oĩuz p̃clara ac glorioſiſſima geſta: ne plitioris ſmonis tedio audiẽtes afficiã: ad Innocẽtiũ rediẽs obmittẽda putaui Splendor enĩ ortus tui: pijſſime pr̄: ſolis quidẽ gerit imaginẽ qui nõ ſolũ deuotiſſime ciuitatis tue Seneñ lãguores ac tene/ bras pepulit: verũ etiã vniuerſum terraꝝ orbẽ lucis ſue radijs illuſtrauit. Cognoſcim⁹ inſup atq̃ fatemur maieſtatis tue po/ teſtatẽ ſup oẽs alias hui⁹ ſeculi eſſe ptãtes: regnũq̃ tuũ oĩbus dominari. Quapropter tibi Sena tuã per adoptionẽ patriã ci uitatis libertatẽ: florẽdũ p̃ntem ſtatũ: ciues: populũ: ſubditos: clerũ: eccleſias: pia ac religioſa loca atq̃ pſonas: cũctoꝝ quoq̃ corpora: aĩaſq̃ oẽs ſub alaꝝ tuaꝝ vmbra quieſcẽtes: toto corde tota mẽte: totis viſcerib⁹: tota deniq̃ deuotiõe humillime cõ/ mendam⁹. qui ſic ĩ tui clipei ptectiõe ↄfidunt: ut nulla fortune fulmina mũdiue aduerſa formident. Btĩtudini poſtremo tue ⁊ huic ſacro Rndiſſimoꝝ cardinaliũ collegio poſt oĩa rei. p. Se/ neñ bona atq̃ fortunas: humillima illi⁹ inclyti ppl̄i ĩ fidei fer/ uore extuantia corda: ad ipſi⁹ ⁊ hui⁹ ſancte ſedis bñplacita ac mãdata pmptiſſima pollicemur: atq̃ offerim⁹ congruã: ſolitã ſanctãq̃ obediẽtiã debita fidelitate hilares exhibẽtes. Pro cu/ ius ſancteq̃ Ro. eccl̄ie ⁊ hui⁹ ſacri collegij pſpero ac felici ſtatu tum fidelitatis p̃dicte: tum etiã initi federis debito: vna cũ iã eoꝝ oblatis facultatib⁹: etiã ſeipſos libẽtiſſime exponerẽt: labo res atq̃ diſcrimina nunq̃ recuſaturi. Nos ergo oẽs xp̄i fideles miſericordẽ dei nr̄i clemẽtiã ſupplices dep̄cemur: ut Innocẽtij ĩnocẽtiã impugnãtes expugnet: fidẽ in dieb⁹ ſuis muniat: de/ uotionẽ multiplicet: pacẽ augeat. ipſiq̃ ſupni p̄ſidij ſedula di/ gnatio adſiſtat: quẽ miſericordit̃ eccl̄ie ſue p̄ſidere voluit. Amẽ.

Inc 1288